



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 61. Eadem hæc Instructio circa Pontificum decreta ab ipsomet hoc  
Cardinale vindicata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. clesix libertatibus oppido consonas am-  
A. C. 1722. plectatur, denuntiatio vero & Conlu-  
 tatio sint libelli famosi, calumniis, falsis-  
 que declamationibus scatentes, temerari-  
 scandolosi, Cardinali Bissy, sacre Sedi &  
 Ordini Episcopali injuriosi, seditiosi, ad  
 rebellionem tendentes, bonisque moribus  
 contrarii. Huic decreto Parlamento  
 Senatores omni non contentione modo  
 sed violenta etiam audacia repugnabant,  
 ast vanæ erant & sine viribus illu-  
 rum iræ.

## §. LXI.

*Eadem hæc Instructio circa Pontifi-  
 cum decreta ab ipsomet hoc Car-  
 dinale vindicata.*

*Instruct.  
 Past. Card.  
 de Bissy  
 pag. 292.  
 Van - Espen  
 de Prom.  
 Part. III.  
 c. I. §. I.*

Inter alia, quibus Quesnelistæ Card-  
 nalis Bissy Instructionem impugna-  
 verant, magis bilem huic Eminentis-  
 simo moverat, quod hi ad evertendam  
 Pontificiarum Constitutionum ac de-  
 cretorum auctoritatem opponere aut  
 essent doctrinam Zegeri Bernardi Van-  
 Espen, qui in suo tractatu de Promul-  
 gatione legum Ecclesiasticarum docuit  
 quod decreta quædam, quia nullum fidei  
 dogma, tanquam a Deo revelatum propo-  
 nunt aut definiunt, proprie dici non possunt  
 decreta dogmatica seu decreta fidei nulli mu-  
 tationi aut varietati obnoxia, sed inter de-  
 creta



creta disciplinæ referenda sint, quæ pro Sæc. XVIII.  
 temporum, locorum ac Personarum condi- A. C. 1722.  
 tione ad conservandam fidei integritatem  
 Et puritatem possint esse convenientia, vel  
 non convenientia, atque ita tanquam de-  
 creta disciplinæ mutationi obnoxia.

Hanc igitur doctrinam solidius im-  
 pugnandam censuit Cardinalis his ver-  
 bis: „Quis audiens Espenium hic lau-  
 „dari, non protinus eum pro quopiam  
 „primæ classis antiquo Theologo ac-  
 „ciperet, cujus sententia venerabilem  
 „habeat in Ecclesia auctoritatem? Et  
 „tamen Espenius ille non est nisi juris  
 „peritus, principiorum sanæ Doctrinæ  
 „parum gnarus, quem factioni Eccle-  
 „siam hodie turbanti mordicus adhæ-  
 „sisse nemo ignorat. Liber adeo ipse,  
 „qui nobis hic objicitur, anno primu-  
 „lum 1712. in lucem prodiit, eo uti-  
 „que consilio, ut Constitutionem Uni-  
 „genitus, quam tum Romæ cudi scie-  
 „bat Author, in antecessum infirma-  
 „ret. E quibusdam hujus Tractatus  
 „principiis ias erit cernere, cujus pon-  
 „deris debeat esse ipsius in re præsentis  
 „Testimonium.

„In hoc Tract. lucubrationum e Nova-  
 „turientium officina prodeuntium cha-  
 „racter statim dignoscitur, e studio pal-  
 „pabili, invidiam conflandi summo Pon-  
 „tifici, ejusque auctoritatem in con-  
 „temptum



Sæc. XVIII., temptum adducendi. Loquens de  
 A. C. 1722., modo, quo librorum examen & cen-  
 „sura Romæ peragitur p. 4. c. 1. §. 1.  
 „pag. 22. asserit, fere semper absente &  
 „in scio Pontifice illam peragi, & rarius  
 „Cardinalem aliquem examinis in partem ce-  
 „nare, decerni omnia ex relatione regularium  
 „aliquot, vel imperitorum vel opinionibus  
 „suae Scholæ præventorum vel quorum ani-  
 „mus præventus sit contra libros, qui pe-  
 „tentiores nanciscantur adversarios. Alii  
 „(§. 3. ejusdem cap. pag. 23.) Ques-  
 „nelli librum tacite designat, excusat-  
 „que, dum asserit contingere subinde  
 „posse, ut liber aliquis in certa Provincia  
 „aut Diœcesi a Pastoribus & animarum di-  
 „rectoribus tanquam ejus, & instructioni po-  
 „puli conveniens fuerit commendatus, &  
 „vixim a populo avidè receptus & sine of-  
 „fensione lectus, vel etiam a viris spectatis  
 „doctrinæ, & magnè apud populum autho-  
 „ritatis probatus, & ut libri illius prohi-  
 „bitio in tali loco non conveniret, etiam  
 „liber ille revera quidem obscuriores quasi  
 „contineat expressiones, aut etiam leviores  
 „aliquos errores, ita ut ex ejus lectione ali-  
 „quod erroris periculum imminere possit.  
 „Sed si periculum ex hujusmodi obscurioribus  
 „expressionibus aut levioribus erroribus po-  
 „pulo imminens conseratur cum scandalo,  
 „quod ob particulares circumstantias concu-  
 „rentes ex ejus libri prohibitione in tali loco  
 „immi-



imminet, fieri posse, ut periculum ex le- Sæc. XVIII.  
 sione illius libri imminens nullatenus æqui- A. C. 1722.  
 parari queat scandalo ex prohibitione ejus-  
 dem orituro. Facile enim contingeret, ut  
 ob libri hujusmodi prohibitionem populus  
 de Pastorum, qui librum illum commenda-  
 runt, sinceritate vacillare inciperet, atque  
 suspecta habere, quæ de articulis fidei aut  
 morum præceptis a Pastoribus audivit.

„Sed in quinta demum parte animi  
 „sui sensa aperte prodit, dum principia  
 „profert, quæ professionis fidei unitatem  
 „convellunt, universam jurisdictionem  
 „Ecclesiasticam extinguunt, & authori-  
 „tatem sæcularem decretorum fidei in  
 „executione imo in ipsa etiam rerum sub-  
 „stantia arbitram constituunt. Horum  
 „primum est illud ipsum, quod hic nobis  
 „objicitur. Nullas esse Bullas, sive  
 „decisiones vere dogmaticas, nisi quod  
 „dogma aliquod certum, fixum ac de-  
 „terminatum statuant, alias omnes ad  
 „disciplinam solam pertinere, quæ uno  
 „tempore locum habere possint, non  
 „alio. Ad confutandum hoc Princi-  
 „pium sufficit observare, illo penitus  
 „enervari damnationes Concilii Con-  
 „stantiensis, adversus errores Wiclefi  
 „& Joannis Hussi, Bullas Pii V. &  
 „Gregorii XIII. ac Urbani VIII. contra  
 „Baium & Jansenium, censuras diversis  
 „temporibus publicatas a summis Pon-  
 „tificibus & Clero Gallicano, ac nomi-  
 „nata



Sæc. XVIII. „natim Censuras 68. Propositionum  
A. C. 1722. „Molinosi & 23. e libro, cui titulus:

„Essata Sanctorum excerptarum, Censuras Alexandri VII. & Innocentii XI. „adversus multas propositiones Theologiae moralem spectantes. Juxta hujus Authoris sententiam hæc omnia „judicia utpote nullum fidei fixæ ac „determinatæ caput definientia solam „disciplinam spectant, adeoque ipso „iudice, non haberent locum certis „temporibus, in certis locis, & ratione „certarum personarum. At enim, quam „hujus tam absurdi Principii rationem „affert? nullam. Nisi quod Concilium „Tridentinum ad materias disciplinam „spectantes retulerit. Sed hæc ratio „plane falsa est. Quisquis Sessionem „XVIII. & finem XXV. perlegerit, ex „omnibus, quæ Concilium utrobique „declarat ac statuit, clare perspicit, illud „examen ac censuram librorum spectasse tanquam materiam pertinentem „ad Doctrinam, & ad fidem. „

„Postquam Espenius Ecclesie „iudicia super rebus ad dogmata non pertinentibus ita de gradu deiecit, aggreditur ejusdem auctoritatem „circa ipsa adeo iudicia, quæ propria „dogmatica vocat. quibus juxta ipsum „aliquod fidei caput certum determinatumque statuitur. Declarat enim, „Prin-



„Principes velle, ut hæc judicia publi- Sæc. XVIII.  
 „cari, & executioni mandari non pos- A.C. 1722.  
 „sint, quin prius ab authoritate sæ-  
 „culari expensâ fuerint & confirmata,  
 „& hanc Principum voluntatem ipse  
 „ratam habet. *Duntaxat suo examini*  
*has Bullas subjici prætendunt, priusquam*  
*in suis respective Ditionibus & territoriis*  
*per modum legis promulgentur, & execu-*  
*tionem mandentur. Part. V. c. 1. § 4.*  
 „pag. 39.

„Ut autem occurrat objectioni:  
 „Quod hæc doctrina Principes fidei ar-  
 „bitros constituat, distinguit Espenius,  
 „fidem internam a professione externa  
 „dogmatis, & fatetur authoritatem  
 „sæcularem non esse necessariam ad  
 „fidem internam, & ad hoc, ut fideles  
 „credere teneantur, sufficere, ut qua-  
 „cunque demum via iussu fuerint agno-  
 „scant tale dogma esse ab Ecclesia de-  
 „finitum. At professionem externam  
 „vult Principis publicationem & exe-  
 „cutionem Bullæ dogmaticæ permit-  
 „tentis lege decerni.

„Quapropter Placitum Regium ne-  
 „quaquam spectat ipsum fidei assensum  
 „præstandum dogmati, de quo fidei-  
 „bus sufficienter constat esse revelatum  
 „sed duntaxat externum illud, quod  
 „consistit in ipsa dogmatis externa pro-  
 „fessione, publicatione & executione  
 „qui-



Sæc. XVIII. „quibus ipsi fideles ad profitendum ex  
A. C. 1722. „terius dictum dogma constringuntur.

„ibid. c. 2. §. 1. p. 40. Proh! qualis  
„Theologiæ Magister, docens fide-  
„les dogma aliquod teneri credere, sed  
„non teneri illud profiteri! inde enim  
„fiet, ut non sit ultra, in fidei profes-  
„sione uniformitas, nec ea sit religioni  
„necessaria, contra doctrinam Apostoli  
„ad Rom. 10. Corde enim creditur ad  
„justitiam, ore autem confessio fit ad  
„Salutem.

„Imo, quod amplius est, quasi hunc  
„Authorem poenituisse docuisse obliga-  
„tionem interne credendi id, quod Ec-  
„clesia credendum decrevit, eo pro-  
„greditur, ut populum fidelem ab ipsa  
„credendi obligatione absolvat, donec  
„Princeps mentem suam declaraverit.  
*Jure merito, inquit, contendunt Prin-*  
*ces decreta Romana etiam fidem spectantia ad*  
*examen esse revocanda, & pacto suo firm-*  
*anda, priusquam populus sibi subditus ad-*  
*stringatur. Ibi. c. 1. §. 4. cap. 40. Certe*  
„obligatio, quæ e Constitutione Dog-  
„matica oritur, solum est ad creden-  
„dum dogma definitum: atque secur-  
„dum Espenium ante Confirmationem  
„Principis populus hujusmodi Constitu-  
„tioni obtemperare non tenetur. Prius  
„quam populus illis adstringatur. Igitur  
„ante Confirmationem Principis populus



„non adstringitur ad credendum dogma  
 „ab illis definitum. Sæc. XVIII.  
 A. C. 1722.

„Per hæc verba, quæ subdit: Aut  
 „ad earum observantiam per Censuras,  
 „aliove modo constringatur, contendit,  
 „ante permissionem supremi Principis  
 „Ecclesiam per Censuras adstringere  
 „non posse fideles ad credendum id,  
 „quod ipsa ad fidem pertinere decla-  
 „raverit. Quis unquam talem Eccle-  
 „siæ potestatem in dubium revocavit,  
 „& an ea de re ambigi potest, quin  
 „Ecclesiæ adimantur arma sibi a Christo  
 „tradita ad incutiendum sui metum,  
 „& obtinendam obedientiam. Espe-  
 „rius longius etiam errata sua super  
 „Ecclesiæ autoritate promovet. Do-  
 „cet enim fieri posse, ut formula, mo-  
 „dus & verba, quæ ad decretum pure  
 „dogmaticum exprimendum, & popu-  
 „lis proponendum adhibentur, non  
 „congruant certis temporibus, certis  
 „locis, certisque nationibus. Tametsi  
 „igitur, inquit decretum aliquod, in  
 „quantum continet ipsum dogma fidei  
 „ab omnibus & ubique recognosci de-  
 „beat, fieri tamen potest, ut formula  
 „seu modus, quo proponitur huic po-  
 „pulo, vel hoc tempore minime con-  
 „veniret, ut proinde vel ex hoc capite  
 „decretum, priusquam publicetur, &  
 „per modum legis populo imponatur.

*Hist. Eccles. Tom. LXXI.*      T      „exa-



Sæc. XVIII. „examinari queat, num hoc vel illa  
A. C. 1722. „modo publicari & populo proponi con-  
 „veniat, p. 5. c. 2. §. 1. pag. 41. Col. 1.  
 „Hoc principio evidenter erroneo im-  
 „peditur fidei unitas, quæ non nisi pro-  
 „fessionis ejusdem unitate consistere  
 „potest. At ubinam has formulas ser-  
 „vandi, & qua ratione fides diversis  
 „temporibus & locis proponenda sit  
 „judicandi auctoritatem tribuit? Illud  
 „quod de Pii V. formula a Concilio Pro-  
 „vinciali Cameracensi promulgata dicitur  
 „addens Philippum II. Hispaniæ Regem  
 „ei formulæ substituisse etiam brevioris  
 „rem, palam ostendit, juxta hunc au-  
 „thorem Principes posse decretorum  
 „dogmaticorum formulas attingere  
 „illasque immutare & contrahere, ut  
 „e re subditorum suorum esse ipsis ve-  
 „sum fuerit. Ex hoc enim exem-  
 „sic concludit: *Hinc manifestum est Prin-*  
*cipem nequaquam existimasse alienum*  
*examinare & decernere, qua forma sua*  
*professio emitti, & proponi conveniat.*  
 „Ibid. §. 1. pag. 41. Col. 1. Cavet quod  
 „dem Espenius verbis statim sequentibus,  
 „bus, ne Princeps hac potestate utatur  
 „in præjudicium dogmatum, quæ ut  
 „talia ab Ecclesia declarata esse liquet  
 „quidquam immutet. Utque tamen  
 „nihil in præjudicium articulorum  
 „dei, quos Ecclesia ut tales declaravit



„constat, immutetur. Sed quid inde Sæc. XVIII.  
 „conficitur, nisi quod dum Principibus A. C. 1722.  
 „de capitibus fidei statuendi negat po-  
 „testatem, eos arbitros faciat exem-  
 „plum & formulam statuendi, quibus  
 „capita illa contineantur.,

„Denique, ne locus ullus detur di-  
 „cendi, totum id, quod sæculari po-  
 „testati largitur, duntaxat circa inte-  
 „riora, & formam publicationis De-  
 „cretorum fidei unice versari, aliud  
 „principium amplectitur, quo examini  
 „judicioque Principis ipsa horum De-  
 „cretorum substantia subicitur. Nam  
 „ponendo (quæ est usitata Novatorum  
 „querela) his Decretis, utpote obscu-  
 „ris vel æquivocis, augenda potius,  
 „quam extinguenda esse dissidia, toto  
 „capite indicat, Principum esse expen-  
 „dere, nam dogma vocibus propriis  
 „& specificis exponatur. In hoc sol-  
 „licite laborandum, & attendendum,  
 „ut fidei formulæ, ipsaque decreta  
 „dogmatica claris & specificis termi-  
 „nis ipsum fidei dogma fidelibus pro-  
 „ponat. Adeoque innuit spectare ad  
 „Principes, ut periculosas obscurita-  
 „tes, quæ in expressione dogmatis oc-  
 „currere possunt, animo prospiciant,  
 „ac tollant. Quod omnium hujusmodi  
 „Decretorum examen & revisionem  
 „importat, juxta significationem vocis  
 T 2 „re



Sæc. XVIII. „revideri, qua utitur in Conclusionibus  
 A. C. 1722. Quidni igitur etiam hoc titulo Decreta Ro-  
mana vulgo Dogmatica revideri in Pro-  
vinciis poterunt, priusquam publicentur  
aut executioni mandentur, ne subinde  
suas obscuritates non tam sint apta, ut po-  
pulum in fide instituant, & in fidei unitate  
fideles coalescant, quam potius ut majores  
discussiones, circa quæ credenda sunt, ex-  
citentur, & populus super eo, quod cre-  
dendum est, in partes scindatur. Ibidem  
 „pag. 41. §. I.

„Ecce Theologiam Espenii, eccle-  
 „viri principia circa potestatem Prin-  
 „cipum etiam in ipsa fidei Decreta  
 „Post hæc nonne mirari fas est aucto-  
 „ritatem tribui Authori, qui non  
 „Censuras mereatur.”

Adversus hæc Cardinalis Billou-  
 vindicias sub nomine cujusdam Juris-  
 consulti Belgæ postea prodiit epistolæ  
 die vigesima Octobris anno hujus se-  
 culi vigesimo quarto, ut præfertur  
 edita, quæ in supplemento ad varias  
 collectiones Operum Espenii pag. 58  
 habetur.

## §. LXII.

*Turbæ occasione Jubilæi promulgata  
 in Gallis exorta.*

Dorsann.  
 l. c. p. 108.

Indixerat Innocentius Papa pro impe-  
 trando felici Ecclesiæ regimine anno  
 sæc.